Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68703-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68703-p0002-5

DECANUS COMMUNITATIS
BONARUM ARTIUM IN ACADEMIA
LIPSIENSI

DECANUS COMMUNITATIS
BONARUM ARTIUM IN ACADEMIA
LIPSIENSI.

PHilosophiam easq; artes, qvarum Facultas Philosophica curam agit, omnium superiorum Facultatum radicem atq; fundamentum esse, ex duobus potissimum mihi videor ariolari; Odiô videlicet, qvo adversus ea studia flagrat diabolus, & curâ, qvâ éadem tuetur ac defendit DEUS. Odiũ istius qvod spectat, id satis plus quàm vatinianum apparet ex ejus oppugnatione literarum, partim externâ, partim internâ vel domestica. Ista namq; est malitiosi illius Spiritus natura, ut qvemadmodum propriâ voluntate à pristinâ suâ conditione aversus, immani DEI, creatoris sui, odiô accensus est: Ita qvoq; qvicqvid vsqvam divinorum vel operum existit, vel mumerum collatum est, non nisi acerbissimô odiô proseqvatur. Ac domesticorum qvidem ipsius cuniculorum id est argumentum, qvod his miserrimis temporibus, & qvàm maximè perditis moribus, rem eò deduxit, ut difficillimè invenire qveas, qvi disciplinas Philosophicas & artes liberales amare & in pretio habere soleant. Nec id qvidem suo sine emolumento. Duæ namq; sunt animi humani primariæ facultates, qvarum altera qvidem Intellectûs, altera verò Voluntatis nomine venit: sed utramq; earum Liberales illæ disciplinæ omnibus modis juvare ac perficere conantur; Intellectum qvidem variarum lingvarum rerumq; cognitione; Voluntatem autem omnis generis præstantissimarum virtutum acqvisitione. Hæc enim Disciplinarum ἐνέργεια & vis est, ut hominem, imperfectionibus sublatis, perfectum talemq; constituant, qvò is vel ex arte aliqvid efficere, vel γνησίως res contemplari, vel virtutibus operam navare, non sine summâ animi voluptate qveat. Unde Aristoteleum illud: πᾶσα τέχνη καὶ παιδεία τὸ βελτίστου λεῖπον βέλεται τῆς φύσεως ἀναπληρῶν. Verùm qvando ὑπεκαιρέκακος iste Spiritus tantum in genus humanum odium concepit, ut si in ipsius fano & luco situm, homines ad unum omnes crudelissimâ morte mactatos, è medio tolleret: Ideoq; dici neqvit, qvantopere aversetur, impedireq; laboret, qvæcunq; ad ipsorum τελείωσιν ἢ βελτίωσιν adjumentum conferre, & indigentiæ ac necessitati succurrere animadvertit. Ad externam verò Philosophiæ oppugnationem utitur sui qvâm similimis, Tyrannis videlicet, qvorum hostile in disciplinas amore dignissimas odium concitat. Ita namq; Julianum illum Apostatam, Constantini ex fratre nepotem subornavit, qui non tantùm edictis, gladio, stylo, & variis technis Christianos perseqveretur: sed omnes etiam Scholas, ubi lingvas & Artes juventus docebatur, claudendas curaret, suamq; ut vocabat, ἀλογίαν egregiè stabiliret. Verùm longè maximo solatio est, quòd DEUS ter Opt. Max. sibi tàm eximias Artes curæ cordiq; semper esse passus est, & in hodiernum usq; diem patitur. Qvippe cujus solius immensæ bonitati earundem integritas, conservatio, propagatio & incrementum acceptum ferendum venit. Ipse singulis ætatibus idoneos excitavit, qvi ab ineunte ætate rectissimis studiis, optimisq; Artibus delectati, eas excolerent, amplificarent, aliosq; in Scholis & Academiis docerent. Quod qvidem ipsum ulteriùs benignissimè concessurum ominamur ex eorum non contemnendo numero, qvi hoc tempore Philosophiæ liberaliumq; Artium Doctores & Magistri declarari cupiunt. Qvorum qvidem sunt No. XXXV. eorumq; nomina:

JOHANNES Müller Eulenbergensis.
MARTINUS Michelman Sangerhusanus.
SIGISMUNDUS Lebzelter } Lipsienses.
MICHAEL Wirth } Lipsienses.
PAULUS Mülman } Lipsienses.
MICHAEL Schirmer } Lipsienses.
MICHAEL Cresl Altenburgensis.
DANIEL Reichard Dresdensis.
DAVID Kirstenius Thuringus.
ANDREAS Ungarus Augustoburgensis.
FRIDERICUS Drabitius Tzschopensis.
CHRISTIANUS Eißner Olsnitzio-Variscus.
ANTONIUS Kirchhoff Thalensis Misn.
ANDREAS Spitzner Aurbachensis Variscus.
ABRAHAMUS Teller Wurcensis.
MATTHÆUS Lungwitz Rochlicensis.
JEREMIAS Metzler Mariæbergensis.
BARTHOLOMÆUS Glaser Gersdorfensis Misn.
MICHAEL Nagel Pirnensis.
SALOMON Steyer Uratislaviensis Silef.
NICOLAUS Moßhawer Gräfenthalensis.
MATTHÆUS Schade Eulenbergensis.
WILHELMUS Thorstraß Misnensis.
CASPARUS Haugk Grimmensis.
ERNESTUS Wunschald Torgensis.
CHRISTIANUS Roth Wurcensis.
ANTONIUS Zinckernagel Thuringus.
JOHANNES PAULUS Barth Döbelensis.
MICHAEL Lindener Leisnicensis.
CHRISTOPHORUS Lorey Thuringus.
ANTONIUS Liborius Gardelegiensis Saxo.
JOHANNES Seyfried Svinfurtens. } Franci.
JOHANNES Ittiges Schleusingensis } Franci.
ANDREAS Keßler Sulanus } Franci.
DANIEL Zimmerman Cygneus, Pastor in Ebalsbrun.

Ipsi namq; à teneris ungviculis, ingenti studiorum, qvæ reconditis in Artibus, & varietate Literatum versantur, amore inflammati, éadem diligentissimè hactenus tractârunt, tantosq; ibidem profectus fecisse, superioribus septimanis in privato pariter ac publico examine, deprehensi sunt, ut de unanimi Dominorum Professorum ac Examinatorum sententiâ, totiusq; Facultatis decreto, digni habeantur, qvibus summus in Philosophiâ gradus, qvi Magisterii vel Doctoratûs Philosophici est, velut ἀρετῆς ἆθλον, publicè conferatur. Qvod ipsum qvum crastinô, DEO volente, die, in consveto hujus Collegii Auditoriô facturi simus: igitur Magnificum Academiæ Rectorem, Trium Facultatum Decanos, Excellentissimos Dnn. Professores & Hospites lectissimos reverenter, officiosè & peramanter rogamus, ut splendidissimâ suâ præsentiâ actui nostro majorem splendorem fœnerare dignentur; idq; humanitatis & benevolentiæ officium nos sedulò compensaturos spondemus. Reliqvos verò qvi studiorum gratiâ hìc versantur, Nobilissimos & ornatissimos juvenes amicè hortamur, ut & ipsi ad solennem hanc panegyrin freqventes confluant, ubi ea cognoscere poterunt, ex qvibus liberalis scientiæ thesauros locupletare possunt. P. P. sub sigillo Collegii bonarum Artium die 26. Januarij Anno Christi M. DC. XXXI.

LIPSIÆ excudebat GREGOR. Ritzsch.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68703-p0003-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68703-p0004-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68703-p0005-1

DECANUS COMMUNITATIS
BONARUM ARTIUM IN ACADEMIA
LIPSIENSI.

PHilosophiam easq; artes, qvarum Facultas Philosophica curam agit, omnium superiorum Facultatum radicem atq; fundamentum esse, ex duobus potissimum mihi videor ariolari; Odiô videlicet, qvo adversus ea studia flagrat diabolus, & curâ, qvâ éadem tuetur ac defendit DEUS. Odiũ istius qvod spectat, id satis plus quàm vatinianum apparet ex ejus oppugnatione literarum, partim externâ, partim internâ vel domestica. Ista namq; est malitiosi illius Spiritus natura, ut qvemadmodum propriâ voluntate à pristinâ suâ conditione aversus, immani DEI, creatoris sui, odiô accensus est: Ita qvoq; qvicqvid vsqvam divinorum vel operum existit, vel mumerum collatum est, non nisi acerbissimô odiô proseqvatur. Ac domesticorum qvidem ipsius cuniculorum id est argumentum, qvod his miserrimis temporibus, & qvàm maximè perditis moribus, rem eò deduxit, ut difficillimè invenire qveas, qvi disciplinas Philosophicas & artes liberales amare & in pretio habere soleant. Nec id qvidem suo sine emolumento. Duæ namq; sunt animi humani primariæ facultates, qvarum altera qvidem Intellectûs, altera verò Voluntatis nomine venit: sed utramq; earum Liberales illæ disciplinæ omnibus modis juvare ac pe[illegible] untatem autem omnis generis pr[illegible] ominem, imperfectionibus subla[illegible] emplari, vel virtutibus operam n[illegible] καὶ παιδεία τὸ πρόσλεῖπον βέλεται τῦ[illegible] um odium concepit, ut si in ipsiu[illegible] olleret: Ideoq; dici neqvit, qvant[illegible] ntum conferre, & indigentiæ ac n[illegible] utitur sui qvâm simillimis, Tyran[illegible] q; Julianum illum Apostatam, Constantini ex fratre nepotem subornavit, qui non tantùm edictis, gladio, stylo, & variis technis Christianos perseqveretur: sed omnes etiam Scholas, ubi lingvas & Artes juventus docebatur, claudendas curaret, suamq; ut vocabat, ἀλογίαν egregiè stabiliret. Verùm longè maximo solatio est, quòd DEUS ter Opt. Max. sibi tàm eximias Artes curæ cordiq; semper esse passus est, & in hodiernum usq; diem patitur. Qvippe cujus solius immensæ bonitati earundem integritas, conservatio, propagatio & incrementum acceptum ferendum venit. Ipse singulis ætatibus idoneos excitavit, qvi ab ineunte ætate rectissimis studiis, optimisq; Artibus delectati, eas excolerent, amplificarent, aliosq; in Scholis & Academiis docerent. Quod qvidem ipsum ulteriùs benignissimè concessurum ominamur ex eorum non contemnendo numero, qvi hoc tempore Philosophiæ liberaliumq; Artium Doctores & Magistri declarari cupiunt. Qvorum qvidem sunt No. XXXV. eorumq; nomina:

MICHAEL Nagel Pirnensis.